



**IMAGE EVALUATION
TEST TARGET (MT-3)**



**Photographic
Sciences
Corporation**

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

128
132
122
120
8

**CIHM/ICMH
Microfiche
Series.**

**CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

01

© 1981

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured covers/
Couverture de couleur
- Covers damaged/
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion
along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may
appear within the text. Whenever possible, these
have been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont
pas été filmées.
- Additional comments:/
Commentaires supplémentaires:

- Coloured pages/
Pages de couleur
- Pages damaged/
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/
Pages détachées
- Showthrough/
Transparence
- Quality of print varies/
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata
slips, tissues, etc., have been refilmed to
ensure the best possible image/
Les pages totalement ou partiellement
obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure,
etc., ont été filmées à nouveau de façon à
obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	18X	22X	26X	30X
<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input checked="" type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>	<input type="checkbox"/>
12X	16X	20X	24X	28X	32X

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:

National Library of Canada

L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Bibliothèque nationale du Canada

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.



Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol \rightarrow (meaning "CONTINUED"), or the symbol ∇ (meaning "END"), whichever applies.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole \rightarrow signifie "A SUIVRE", le symbole ∇ signifie "FIN".

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.



C
N
A

DE
REGIONE ET MORIBUS
CANADENSIVM
SEU BARBARORVM
NOVÆ FRANCIÆ

Auctore JOSEPHO JUVENCIO, Societatis
Jesu, Sacerdote.



Ex Historiæ Soc. Jesu. Lib. xv. Parte v, impressa

ROMÆ:
Ex Typographia Georgii Plachi
M. D. CC. X.

Editio viginti quinque exemplaria. O.C.

ΓΑ

I

II

V



TABULA RERUM

	Page.
L <i>LUMINA</i> <i>Novæ Franciæ;</i> <i>soli natura; feræ, pisces,</i> <i>aves, &c.</i> - - - - 5	5
I <i>Canadensium domus & res famili-</i> <i>aris; morbi; ægrorum cura &</i> <i>mortuorum</i> - - - - 16	16
II <i>Belli gerendi ratio; arma; crude-</i> <i>litas in captivos</i> - - - - 27	27
V <i>Indoles animi: corporis cultus;</i> <i>cibi, convivium; suppellex; religio,</i> <i>& superstitiones</i> - - - - 33	33



R

N

FLU

D

à qu
fluv
occa



DE
REGIONE ET MORIBUS
NOVÆ-FRANCIÆ
BARBARORUM.

CAPUT I.

FLUMINA NOVÆ FRANCIÆ ; SOLI NATURA ;
FERÆ, PISCES, AVES, &c.

DUO sunt in Nova Francia
majores fluvii. Unus ab indi-
genis Canada nominatus, &
à quo tota regio nomen traxit, nunc
fluvius Sancti Laurentii dicitur, & ab
occasu in ortum amplissimo fluit alveo.

B

Alter, cui nomen Mississipus, per vasta, & ignota magnam adhuc partem, terrarum spatia fertur à Septentrione in Meridiem. Habent hoc singulare huius regionis fluvii, quod certis in locis ex editiore solo præcipitant in humiliorum planitiem ingenti cum strepitu. Ea loca saltus vocant Franci. Catadupa recte dixeris, qualia in Nilo celebrantur. Aqua tota fluminis, in morem arcuati fornicis, ita sæpe cadit, ut infra suspensum altè amnem sicco vestigio transire liceat. Barbari, cum huc ventum est, suas naviculas, è levi compactas cortice, imponunt humeris, & in placidam fluminis, alveo depresso fluentis, partem eas deportant, cum farcinulis. Urbs Novæ Franciæ primaria Kebecum nuncupatur, S. Laurentii fluvio imposita. Cælo salu-

bri t
& di
tim f
tim
qua
deni
tres
ad B
ac
cont
nium
cifix
locu
Qua
non
alce
pell
corp
nitu
vum

bri tota regio utitur ; at hyeme frigida, & diuturna vexatur. Hanc efficit partim fluminum & lacuum crebritas ; partim opacitas & amplitudo nemorum, quæ vim solis calidam infringunt ; denique nivium copia, quibus terra tres quatuorve menses, in iis locis quæ ad Boream propius accedunt, & eidem ac vetus Gallia parallelo subjacent, continenter inhorrescit. Humus omnium arborum plantarumque feracissima, præsertim ubi excisæ silvæ locum culturæ majorem præbuerunt. Quadrupedes eadem, quæ in Europa : nonnullæ regionis propriæ sunt, ut alces. Magnam belluam indigenæ appellant. Id nominis invenit à mole corporis : bovem enim æquat magnitudine. Mulum capite refert ; cervum cornibus, pedibus, & cauda. Eam

canibus immiffis barbari agitant; defatigatum conficiunt jaculis & miffilibus. Si defunt venatici canes, ipfi vicem illorum obeunt. Per medias quippe nives incredibili celeritate gradiuntur, ac ne corporis pondus veftigia pedum altius in nivem deprimat, fubfternunt plantis, inferuntque pedibus, lata reticula, illis fimillima, quibus pilam lufores vulgò pulfant. Hæc reticula, fpatium nivis ac foli fatis magnum amplexa, currentes facile fufinent. Alces vero crura exilia defigens alte in nivem, ægrè fe expedit. Illius carnibus vefcuntur, teguntur pelle, ungula posterioris finiftri pedis fanantur. Huic ungulæ mira quædam & multiplex virtus ineft, medicorum celeberrimorum testimonio commendata. Valet in primis adverfus morbum co-

miti
qua
annu
prox
in e
cont
ad fa
tigin
expe
A
tiffin
cuj
mut
fere
rem
exig
tanc
ind
crat
nac

nitialem, five admoveatur pectori, qua parte cor micat; five indatur palæ annuli, quem digitus lævæ minimo proximus gestet; five demum teneatur in ejusdem finistræ vola, in pugnum contracta. Nec minorem vim habet ad sanandum pleuritidem, capitis vertigines, & sexcentos alios, si credimus expertis, morbos.

Alterum animantis genus illic notissimum & frequentissimum est fiber, cujus pelle, cum Europæis mercibus mutanda, commercii Canadensis ratio fere tota constat. Color castaneæ colorem imitatur; modus corporis idem, qui exigui vervecis: curti pedes & ad natandum compositi, nam in aquis perinde ac in terra degit; cauda glabra, crassa & plana, quæ natanti pro gubernaculo fit: dentes duo, majores ceteris,

ex ore utrimque prominent: iis tanquam gladio & ferra utuntur fibri ad arbores excindendas, cum domos extruunt; in iis enim fabricandis mirae polent industria. Eas ponunt ad lacuum fluviorumve ripas: muros è stipitibus componunt, interjecto cespite uliginoso ac tenaci, calcis instar; vix ut multa vi effringi opus & convelli possit. Tota casæ fabrica variis contignationibus distinguitur: infirma è transversis lignis crassioribus constat, instratis desuper ramis, ac relicto foramine & ostiolo, per quod in fluvium subire, cum videtur, possint: Hæc modice supra fluminis aquam exstat, aliæ affurgunt altius, in easque, si fluvius intumescens imum tabulatum vicerit, se receptant. In una è superioribus contignationibus cubant; præbet molle

stratu
cus, q
penu
cibar
claud
æstat
aut u
giunt
mult
Quod
cedu
mici
incun
& m
moda
ad c
eiden
rama
hant
ad f

: iis tan-
 r fibri ad
 omos ex-
 mira pol-
 d lacuum
 ftipitibus
 te uligi-
 ; vix ut
 lli possit.
 tignatio-
 ransversis
 tratis de-
 mine &
 a subire,
 modice
 aliæ af-
 fluvius
 vicerit,
 rioribus
 et molle

stratum alga ficcior, & arborum mus-
 cus, quo se tutantur a frigore; in altera
 penum habent, & provisa in hyemem
 cibaria. Ædificium fornicato tecto
 clauditur. Sic hyemem exigunt: nam
 æstate, opacum in ripis frigus captant,
 aut undis immerfi calores æstivos fu-
 giunt. In una sæpe domo ingens, &
 multorum capitum familia stabulatur.
 Quod si loci premuntur angustiis, dis-
 cedunt juniores ultro, & sua sibi do-
 micilia moliuntur. In eam curam
 incumbunt sub prima autumnii frigora,
 & mutuas sibi invicem operas com-
 modant, tum ad secanda ligna, tum
 ad comportanda, ita ut plures uni
 eidemque succedant oneri, & ingentia
 ramalia, nemorisque stragem, deve-
 hant. Si quem fluvium nanciscuntur
 ad suos accommodatum usus, non ta-

men fatis alto gurgite, ſtruunt aggerem
 coercendis aquis, donec ad idoneam
 altitudinem aſſurgant. Ac primo qui-
 dem arbores grandiores arrodendo
 dejiciunt: deinde tranſverſas ab una
 ripa ducunt ad alteram. Duplicem
 verſum & ordinem arborum faciunt;
 relicto inter illas obliquè ſic poſitas
 ſpatio ſex fere pedum, quod referciunt
 cæmentis, argilla, ramis, tam ſolenter,
 nihil ut perfectius à ſummo architecto
 expectes. Operis longitudo major
 minorve eſt, pro fluvii, quem coercere
 volunt, modo. Ducenûm aliquando
 paſſuum ejuſmodi aggeres reperti. At,
 ſi amnis plus juſto intumeſcit, diffrin-
 gunt aliquam molis partem, ac tantum
 emittunt aquæ, quantum ſatis videtur.

Ut feris ſilvæ, ſic piſcibus abundant
 flumina. Unus eſt in Iroquæorum

lacu,
 prod
 indig
 aliqu
 femo
 tame
 tam
 acien
 dant.
 duro
 piſcis
 tum.
 piſcil
 paſci
 gerit
 gemi
 Hoc
 maët
 cum
 illud

aggerem lacu, de quo nihil à priscis legitur
 idoncam proditum: scriptoribus. Cauſarus ab
 imo qui indigenis vocatur: octo pedes longus,
 rrodendo aliquando decem. Craſſitudo, humani
 s ab una femoris; color leucophæus, candido
 Duplicem tamen propior; squamis totus horret
 faciunt; tam duris, tamque validè confertis, ut
 c poſitas aciem pugionis, & haſtilium, exclu-
 eferciunt dant. Caput amplum, & cranio præ-
 ſolenter, duro, tanquam caſſide, munitum. Hinc
 architecto piſcis armati nomen illi à Gallis indi-
 o major tum. Et vero perpetua cum aliis
 a coercere piſcibus bella gerit, quorum exitio
 aliquando paſcitur. Pro telo roſtrum immane
 erti. At, gerit, humani brachii longitudine,
 t, diffrin- gemino dentium ordine inſtructum.
 ac tantum Hoc venabulo non ſolum reliquos
 s videtur. maſtat piſces, verum etiam avibus,
 abundant cum mutare dapes cupit, inſidiatur &
 quæorum illudit. Eam ob rem occultat ſe inter

carecta: rostrum exertat aquis, ac paulisper diducit. Sic perstat immotus donec accedant volucres, & incauta rostro infideant, arundinem aut virgultum rata: continuo perfidus infidiator, misellarum pedes contracto rostro stringit, & in gurgitem demersas vorat.

Non minor volucrum est copia, quàm piscium. Certis mensibus palumbes è silvis prorumpunt in agros tanto numero, ut arborum ramos prægravent; quibus postquam infederunt noctu, facile capiuntur, & barbaras mensas regali ferculo cumulant. Præterea in vastissimo sinu, in quem volvit se flumen sancti Laurentii, cernitur exigua insula, seu potius biceps scopulus: insulam volucrum dicunt. Tot enim eò convolant è finitimo pelago,

ut inire numerum nequeas. Indigenæ
 fustibus prædam non difficilem com-
 minuunt, aut pedibus conculcant;
 cymbasque lautis dapibus, & inemptis
 plenas referunt. Ludunt in aquis pas-
 sim anseres, anates, ardeæ, grues, olores,
 fulicæ; & aves aliæ, victum ex undis
 petere solitæ. Peculiare quiddam ha-
 bet una, gallinæ similis, si molem
 spectes; pennis in tergo nigricantibus,
 subalvo candidis. Pedum alter ungui-
 bus aduncis armatur; alter digitos levi
 & continua pelle junctos habet, qualis
 est anatum; hoc natat, illo pisces
 trahit & eviscerat.



CAPUT II.

CANADENSIVM DOMVS & RES FAMILIARIS;
MORBI; ÆGRORVM CURA & MORTVORVM.

JAM, si mores & indolem gentis requiras, partim vagi degunt, in filvis per hyemem, quò venationis uberioris vocat spes; æstate, ad annium ripas, ubi præbet facilem annonam piscatus: aliqui pagos incolunt. Casas fabricantur infixis humi perticis: latera corticibus intexunt; pellibus, musco, ramis operiunt fastigia. In media casa focus: in summo tecto foramen, emissarium fumi. Is ægre eluctatus totam, ut plurimum, casam sic opplet, ut coactis habitare in hoc fumo advenis sæpe oculorum acies obtundatur, & hebescat: barbari, du-

rum genus & his affuetum incommodis, rident. Domesticæ rei cura, & quidquid in familia laboris est, imponitur feminis. Illæ domos figunt, ac refingunt; aquam, & ligna devehunt, cibos apparent: vicem & locum mancipiorum, opificum, & jumentorum, implent. Venationis & belli cura, virorum est. Hinc gentis solitudo, & paucitas. Mulieres enim, ceteroquin haud infecundæ, his districtæ laboribus, neque maturos edere queunt fetus, neque alere jam editos: itaque aut abortum patiuntur, aut partus recentes destitunt, aquationi, lignationi, ceterisque operibus intentæ; vix ut trigessimus quisque infans adolescat. Accedit rei medicæ incitia, cujus ignoratio, facit ut è morbis paulo gravioribus raro emergant.

Duos maxime fontes morborum statuunt: unum ex ipsa ægrotantis mente ortum, quæ desideret quidpiam, ac tandiu corpus ægrum vexet, dum re desiderata potiatur. Putant enim inesse in hominum unoquoque innata quædam desideria, sæpe ipsis ignota, quibus singulorum felicitas contineatur. Ad ejusmodi desideria & innatas appetitiones cognoscendas adhibent hariolos, quibus hanc divinitus concessam facultatem arbitrantur, ut animorum intimos recessus pervideant. Illi, quodcumque primum occurrit, aut ex quo fieri quæstum aliquem posse suspicantur, ab ægro desiderari pronunciant. Nec dubitant parentes, amici, & consanguinei ægrotantis, quidquid illud sit, quantivis pretii, comparare ac largiri ægro, nunquam postea reposcendum. Ille

dono fruitur, & lucri partem hariolis
 aspergit; ac sæpe postridie vita cedit.
 Vulgo tamen relevantur ægroti, quippe
 levibustentati morbis: nam in graviori-
 bus timidiore sunt isti præstigiatores,
 negantque inveniri posse quid ægrotus
 desideret: tunc eum depositum con-
 clamant, auctoresque sunt consanguineis
 ut hominem tollant è medio. Ita
 longiore morbo vexatos necant, aut
 senio fessos; eamque caritatem sum-
 mam interpretantur, quia mors ærum-
 nis languentium finem ponit. Eandem
 benevolentiam adhibent erga pueros
 parentibus orbatos, quos nullos esse
 malunt, quam miseros. Alterum fon-
 tem morborum esse censent venefi-
 corum occultas artes, & præstigias quas
 ridiculis cærimoniis conantur averrun-
 care. Sæpe noxios humores ejiciunt

sudando. Certum casæ locum corticibus includunt, ac tegunt pellibus, ne qua possit aer aspirare. Intro congerunt lapides deustos & igne multo saturos. Subeunt nudi & brachia cantitantes jactant. Sed, quod mireris, ab his thermis egressi & sudore diffluentes, hyeme perfrigida, in lacum aut amnem se conjiciunt, de pleuritide securi.

Mortuorum cadavera nunquam efferunt per casæ januam, sed per eam partem, in quam conversus æger exspiravit. Animam putant evolare per camini spiraculum; ac ne moras trahat, casæ pristinae desiderio, neu puerulorum aliquem discedens afflet, hoc afflatu videlicet moriturum, ut putant; crebro fuste tundunt parietes tugurii, ut eam citius exire compellant. Immortalem esse arbitrantur. Ne porro emoriatur

fame, magnam vim ciborum infodiunt cum corpore; vestes, item, ollas, variamque supellectilem, magno sumptu, & multorum annorum labore conquistam, ut iis utatur, inquit, ac decentius versatur in regno mortuorum. Sepulcra nobilium exstant paulum ab humo: iis perticas in morem pyramidis compactas imponunt: arcum addunt, sagittas, clypeum, & alia militiae decora: feminarum vero tumulis, torques & monilia. Infantium corpora sepeliunt propter viam, ut eorum anima, quam ab ipsorum corporibus abire longius non putant, illabatur in praeteruentis alicujus feminae sinum, & adhuc informem animare fetum possit. In luctu vultum inficiunt fuligine. Moniti de funere affines, vicini, & amici concurrunt in funestrum tugurium.

D

Unus aliquis, si mortui conditio ferat, verba facit, neque rationem ullam ex iis prætermittit, quæ ad leniendam ægritudinem à dicendi magistris afferri solent. Excurrit inde mortui laudes: hominem eum natum fuisse admonet, atque adeo morti obnoxium: qui casus emendari nequeant, fieri patientia leviores; alia id genus in eandem sententiam edisserit. Tertio die funus ducitur. Epulum funebre apponitur toti pago, singulis suam symbolam, nec malignè, conferentibus. Hujus epuli causas afferunt maximè tres: primam, ut communem mærorem leniant: alteram, ut qui amici peregrè ad funus veniunt, accipiantur honestius: tertiam, ut gratificentur extincti Manibus, quem ea liberalitate delectari existimant, & appositis etiam dapibus

pasci. Peraçto convivio præfectus fu-
 neris, quem in singulis familiis clario-
 ribus, certum atque insignem habent,
 adesse tempus exequiarum proclamat.
 Omnes continuo lamentari, & ululare.
 Effertur cadaver propinquorum hu-
 meris, intectum fibrinis pellibus, & in
 feretro, è corticibus juncisve confecto
 compositum, collectis in glomum ar-
 tubus, ut eo modo terræ mandetur,
 inquirunt, quo in alvo materna olim
 jacuit. Deponitur feretrum in con-
 stituto loco, munera quæ quisque of-
 fert mortuo, præfiguntur perticis: &
 appellantur illorum auctores à funeris
 præfecto: instauratur planctus; deni-
 que juvenes ludicro certamine inter
 se demicant.

Majori sepeliuntur apparatu & luçtu,
 qui aquis obruti perierunt. Nam

eorum cadavera laniantur: carni-
um pars cum visceribus in ignem projicitur.
Id sacrificii quoddam genus est, quo
placare cœlum contendunt. Iratum
enim esse genti non dubitant, cum in
undis quispiam extinguitur: ac si quid
rite atque ordine peractum in istis
funeribus non fuerit, huic piaculo cala-
mitates omnes, quibus postea con-
flictantur, acceptas ferunt. Indulgent
luctui per annum integrum. Primis
diebus decem jacent humi, diu noctu-
que in ventrem proni: nefas tunc
vocem ullam, nisi quæ dolorem signi-
ficet, mittere; aut accedere ad ignem,
aut conviviis interesse. Anno reliquo
luctus continuatur, at levius. Omit-
tuntur omnia urbanitatis officia, collo-
quia cum vicinis, congressus amicorum;
ac si conjugem amiserint; cœlibes donec

annus fluxerit, perstant. Post octavum aut decimum quemque annum Hurones, quæ natio latè patet, omnia cadavera certum in locum ex omnibus pagis deportant, & in foveam prægrandem conjiciunt. Eum diem Mortuorum vocant. Is ubi de procerum sententia constitutus est, eruunt corpora sepulcris; alia jam consumpta, & ossibus vix hærentia; alia putri carne leviter amicta: alia scatentia fœdis vermibus, & graviter olentia. Ossa dissoluta in saccos abdunt: cadavera nondum dissuta componunt in sarcophagis, & supplicantium ritu deferunt in destinatum locum, alto silentio, & composito gradu procedentes, non sine suspiriis, & lamentabili eiulatu. Ne vero memoria nobilium, & arte præsertim bellica insignium qui prole carent, intercidat,

eligunt aliquem ætate ac robore florentem, cui demortui nomen imponunt. Ille militum statim delectum habet, ac bellum capeffit, ut præclaro quoquam edito facinore, probet se non tantum nominis, sed etiam virtutis ejus, cui substituitur, heredem esse. Inferioris notæ nomina æterno silentio damnant. Itaque simul ac in pago quispiam è vita cefsit, ejus nomen alta voce pronunciat per omnes casus, ne quis illud temere usurpet. Quod si mortuum tamen appellare necesse fuerit, utuntur verborum circuitione, & præfantur quidpiam, quo mortis ominosa memoria leniatur. Idque si omittatur, accipiunt in gravem contumeliam: neque atrociori maledicto vulnerari filium aut parentem posse putant, quam si huic filius, illi parens, mortuus exprobetur.



CAPUT III.

BELLI GERENDI RATIO; ARMA; CRUELITAS IN
CAPTIVOS.

BELLA temere ac ferociter suscipiunt, nulla sæpe, aut perlevi de causa. Duces communi suffragio legunt, eosque vel familiarum præcipuarum natu maximos, vel quorum virtus bellica, aut etiam eloquentia perspecta sit. Civili bello nunquam inter se concurrunt; arma in finitimos tantum movent; neque imperii ac ditionis proferendæ causa, sed ferè ut illatam sibi, vel fœderatis, injuriam ulciscantur. Gladios, & gravidas nitrato pulvere fistulas, à Batavis & Anglis accepere, quibus armis freti, certius & audacius

in hostium, atque adeò Europæorum
perniciem conspirant. Interdum bella
singulari certamine finiunt. Agrina
duo, hinc Montanorum, quos vocant,
inde Iroquæorum constiterant ante
aliquot annos, velut in procinctu. Du-
ces antegressi jam designabant locum
ad aciem explicandam, cum unus al-
terum sic allocutus fertur: Parcamus
nostrorum sanguini, imo nostro: mani-
bus nudis rem agamus. Uter alterum
dejecerit, is vincat. Placuit conditio.
Manus ambo conferunt. Montanus
Iroquæum ita delassavit, dolum artem-
que virtuti miscens ut humi denique
prostratum ligaverit, impositumque
humeris ad suum agmen victor detule-
rit. Clypeos conficiunt è ligno dolato,
plerumque cedrino; paulum ad oras
incurvos: leves, prælongos & peram-

plos, ita ut totum corpus protegant. Jam, ne jaculis aut securibus perrumpantur omnino ac diffiliant, eos intus consuunt restibus ex animalium corio contextis, quæ totam clypei molem continent connectuntque. Non gestant è brachio suspensos, sed funem ex quo pendent, rejiciunt in humerum dextrum : adeo ut latus corporis finistrum clypeo protegatur ; mox ubi jaculum emiserunt, aut ferream distulserunt fistulam, paulum retrahunt dextrum latus, ac finistrum clypeo tectum obvertunt hosti.

In prælio id maximè student, vivos ut hostes capiant. Captis & in suos abductis pagos primum vestes detrahunt ; deinde unguis crudis dentibus singillatim avellunt : tum palo alligatos verberant ad fatietatem. Mox vin-

culis solutos cogunt ire, ac redire, geminum inter ordinem armatorum spinis, fustibus, & ferramentis. Denique, accenso circum foco, lentis ignibus miseros torrent. Interim torosas carnes fodicant cudentibus laminis, & verubus, aut recisas ac femiustulatas, sanie fluentes & sanguine, vorant. Nunc tædis ardentibus, totum corpus, ac præsertim hiatus vulnerum, pertentant: nunc detracta capitis cute inspergunt nudæ calvæ favillam, & fervidos cineres: nunc brachiorum nervos ac pedum vellunt, lancinant, aut hebeti secant lente ferro, derepta parumper cute, in pedis malleolo, & manus carpo. Sæpe cogunt captivum infelicem ingredi per subjectos ignes: aut frustra suæ carnis mandere, ac vivo sepulcro condere. Hujusmodi carnificinam non

pau
Ha
utq
sup
qua
con
con
cru
de
cio
pe
cu
bil
vu
ex
rif
ca
m
ti
q

pauci è Patribus Societatis pertulere. Hanc porro extrahunt in multos dies ; utque novis cruciatibus tristis victima suppetat, intermittunt eosdem aliquandiu, donec ad extremum fatiscant corpora, & concidant. Tunc è pectore cor avellunt, torrent subjectis prunis ; & cruore conditum juvenibus avidè comedendum objiciunt, si captivus suppliciorum acerbitatem generosè fuerit perpeffus : ut viri fortis, inquiunt, masculum robur juvenus bellatrix comibat. Laudatur qui rogum, cultros, vulnera, irretorto vultu aspexerit, & exceperit : qui non ingemuerit, qui risu cantuque tortoribus illuserit : nam canere tot inter mortes, amplum ac magnificum esse putant. Itaque cantilenas ipsi multo ante componunt, quas capti, si fors ferat, recitent.

Reliqua multitudo cadaver absumit in
ferali convivio. Dux reservat sibi ver-
ticis pellem cum coma, monumentum
victoriæ, trophæum crudelitatis.

IN

C

ca

ex

ha

In

te

tu

e

in

te

n



fumit in
sibi ver-
mentum
is.

CAPUT IV.

INDOLES ANIMI : CORPORIS CULTUS :
CIBI, CONVIVIA : SUPELLEX : RELIGIO,
& SUPERSTITIONES.

SIC hostes accipiunt : at domi co-
lunt pacem, rixasque diligenter
cavent, nisi quas ebrietatis impotentia
excitavit. Fortunati, si nunquam illis
hanc pestem Europa importasset !
Iraisci ne norunt quidem, ac vehemen-
ter initio mirabantur, cum inveheren-
tur Patres in vitia pro concione,
eosque furere existimabant, qui pacatos
inter auditores, & amicos, tanta con-
tentione se jactarent. Liberalitatis &
munificentiae famam aucupantur : sua

largiuntur ultro ; ablata vix repetunt : nec fures aliter, quam risu & sannis ulciscuntur. Si quem oborta similitate nefarie aliquid moliri suspicantur, non minis deterrent hominem, sed donis. Ex eodem concordiae studio fit ut assentiantur ultro, quidquid doceas ; nihilo tamen fecius tenent mordicus infitam opinionem aut superstitionem : eoque difficilius erudiuntur. Quid enim agas cum annuentibus verbo & concedentibus omnia ; re nihil praestantibus ? Miserorum egestatem benignè sublevant ; viduarum ac senum sustentant orbitatem, nisi cum senio aetas victa marcet, vel morbus gravior incidit : tunc enim abrumpere infelicem vitam satius arbitrantur, quàm alere ac producere. Quaecumque calamitas ingruat, nunquam se dimoveri

de animi tranquillitate patiuntur, qua felicitatem potissimum definiunt. In ediam multorum dierum, morbos, & ærumnas lenissime & constantissimè perferunt. Ipsos partus dolores, licet acerbissimos, ita diffimulant feminae vel superant, ut ne ingemiscant quidem: ac si cui lacryma vel gemitus excideret, æterna flagraret ignominia, neque virum, à quo duceretur, præterea inveniret. Nihil unquam amicus cum amico, uxor cum viro, cum uxore vir, queritur & expostulat. Liberos mira caritate complectuntur: sed modum non tenent; in eos enim neque animadvertunt ipsi, neque ab aliis animadverti sinunt. Hinc petulantia puerorum & ferocitas, quæ, postquam se corroboravit ætate, in omne scelus erumpit. Quam autem

erga liberos & familiares comitatem præ se ferunt, eandem cum ceteris civibus suis, ac popularibus, usurpant. Si quis amariore joco quempiam momordit, (nam dicaces vulgo sunt, & in jocos effusi) belle diffimulant, aut vicem reponunt, & absentes remordent; nam præsentem cavillari, aut coram dictis incessere, religio est. Non aliud libentiùs convicium regerunt laceffiti, quàm si hominem ingenio carere dicant. Scilicet ingenii laudem vindicant sibi; nec temere. Nemo inter illos hebes, ac tardus; quod nativa illorum in deliberando prudentia, & in dicendo facundia, declarat. Auditi quidem sæpe sunt tam appositè ad persuadendum perorare, idque ex tempore, ut admirationem exercitatissimis in dicendi palæstra moverent.

R
men
bore
tam
oleo
pign
nobi
nafo
atra
line
tide
colo
ribi
qua
fam
frig
isto
din
bile
put

Respondet ingenio corpus, aptum membris, proceritate formosum, robore validum. Idem, qui Gallis, color; tametsi corrumpunt illum unguine, & oleo putri, quo se perungunt; necnon pigmentis variis, quibus sibi pulcri, nobis ridiculi, videntur. Alios cernas naso cæruleo, genis vero & superciliis atratis: alii frontem, nasum, & genas, lineis versicoloribus discriminant: totidem larvas intueri te putes. Ejusmodi coloribus credunt se hostibus esse terribiles; suum pariter in acie metum, quasi velo, tegi: demum pellem ipsam corporis indurari, ad vim hiberni frigoris facilius tolerandam. Præter istos colores induci pro cujusque libidine ac deleri solitos, non pauci stabiles ac perpetuas avium aut animalium, putà serpentis, aquilæ, bufonis, imagi-

nes imprimunt cuti, hunc in modum. Subulis, cuspidibus, aut spinis collum, pectus, genasve ita pungunt, ut rudia rerum istarum lineamenta effingant: mox in punctam & cruentam cutem immittunt atrum è carbone comminuto pulverem, qui cum sanguine concretus impressas effigies ita inurit vivæ carni, ut eas nulla temporis diuturnitas expungat. Totæ quædam nationes, ea præsertim quæ a Tabaco nomen habet, itemque alia quæ Neutra dicitur, id constanti more ac lege usurpat, nec sinè periculo interdum; maxime si est tempestas frigidior, aut debilior corporis constitutio. Tunc enim dolore victi, licet eum ne gemitu quidem significant, linquntur animo, & exanimes aliquando concidunt. Laudant oculos exiles, labra repanda &

prominentia: pars radunt comam,
 pars alunt: his nudum sinciput, illis
 occiput: aliis coma surrigitur in ver-
 tice, aliis parcè ad tempora utrimque
 propendet. Barbam, instar monstri,
 execrantur; ac si quis in mento suc-
 crescat pilus, statim vellunt. Viri
 æque ac feminæ imas aurículas per-
 tundunt: & iis inaures è vitro, testive
 piscium, inferunt. Quo foramen
 amplius est, eo censent formosius.
 Nunquam ungues refecant. Europæos
 rident, qui defluentem è naribus hu-
 morem candidis sudariis excipiant, &
 Quo, inquiunt, rem adeo sordidam
 reservant isti? Saltantes curvant arcu-
 atim corpus prono capite, & brachia
 sic agitant, ut qui farinam manibus
 subigunt, raucùm identidem grun-
 nientes. Alvum infimam succingunt

lato cortice, vel animantis pelle, aut
 verficolore panno, cetera nudi. Fe-
 minæ pelles ex humeris & collo promit-
 tunt ad genua. Zonas atque armillas,
 è concha veneria, quam vulgo porcel-
 lanam appellamus, aut seta hystricis
 non infcite contextas, gestant: torques
 hunc in modum confectos magno ha-
 bent in pretio. Storeas è marisco
 (junci marini genus est) satis elegan-
 ter elaborant: iis pavimentum ster-
 nunt, in iisdem carpunt somnos, aut in
 vitulorum marinorum, fibrorumve
 mollibus exuviis. Dormiunt circa
 focum in mapali medio semper ar-
 dentem, si frigus est: sub dio, si æstas.

Mensam, aut cathedram, in casa
 tota videas nullam; in clunes subsi-
 dunt, simiarum instar: is vescentium,
 is deliberantium, & confabulantium

habitus est. Adeuntes amicos salutant inepto risu; sæpius *ho, hho, hoho*, conclamantes. Cum vescuntur, potum dapibus non intermiscent, neque identidem bibunt; sed semel tantum, sumpto cibo. Qui amicos convivio accipit, cum iis neque accumbit, nec ciborum partem ullam attingit, sed epulantibus dividit: aut, si quem adhibet structorem, sedet seorsum jejunos, & spectat. Inter edendum silent: falem averfantur, & condimenta: ossa canibus projicere piaculum arbitrantur: igni cremant, vel terræ infodiunt. Si enim, inquiunt, urfi, fibri, & aliæ, quas venando captamus, feræ ossa sua permitti canibus, & comminui, rescirent; non tam facile capi se paterentur. Adipem è pinguibus collectum cibis, abstergunt

coma; genis interdum brachiiſve
allinunt, elegantia, ut aiunt, cauſa, &
valetudinis: nam adipe non ſolum
nitere cutem, ſed corroborari membra
exiſtimant. Non alio cibo veſcuntur
libentius quàm Sagamita. Pulmen-
tum eſt è farina, præfertim Indici
tritici, conſectum: admixto, quod illis
condimentum præcipuè ſapit, oleo.
Itaque in conviviis pars dapum prima
oleum, aut adeps, in quem concretum
& ſpiſſum ita dentes inſigunt, ut nos
in panem aut pomum. Antequam
illis lebetes, cortina, aliaque id genus
vaſa ærea deferrentur è Gallia, uteban-
tur cacabis è cortice compactis; verùm
quia imponi flammis non poterant im-
punè, hanc ad coquendas carnes artem
excogitaverant. Silices plurimos con-
jiciebant in focum, donec penitus

ignem combibissent. Candentes in
 ollam frigida plenam & carnibus
 alios atque alios subinde immittebant.
 Ad hunc modum aqua calefacta carnes
 citius opinione faciliusque percoquit.
 Ad tergendas manus utuntur piloso
 canum tergo, cui illas affricant; item
 scobe ligni putris. Hæc matribus
 vice panniculorum est, ad purgandas
 infantium fordes; hæc instar culcitæ
 languidis corporibus substernitur.
 Vasa coquinaria non extergunt. Quo
 sunt crasso pingui magis oblita, eo
 melius, illorum judicio, nitent. Turpe
 ducunt & superbum inambulare inter
 colloquendum. Odorem mosci gravi-
 ter ferunt, & meram esse mephitim
 putant, præ carnis rancidæ, aut adipis
 mucidi frusto.

Sexcenta sunt ejus generis, in quibus

longiffimè recedunt ab Europæorum Op
institutis : sed ab illorum vitiis propius nec
absunt, eaque vel æquant, vel superant. ini
Gulæ irritamenta, & inimicas bonæ ac plu
fanæ menti potiones, ab Europæis mer- fit
catoribus acceperunt, quibus lucri int
bonus est odor, etiam ex flagitio, & pra
scelerata nundinatione. Tandiu esse est
pergunt, dum adest quod edant : lib
nihil in crastinum, aut hyemem, re- bu
ponunt : nec famem valde reformi- bui
dant, quia se ferre diurnam posse ull
confidunt. Conviviis ea lex posita cul
consensu moribusque gentis est, ut tan
omnia fercula consumantur. Si quis vid
edit parcius, & excusat valetudinem, for
plectitur, aut ejicitur, ut insulfus, quasi ho
qui vivendi artem nesciat. Primaria ur
supellectilis domesticæ pars, olla est,
sive ahenum, in quo carnes coquuntur.

uropæorum
 tiis propius
 el superant.
 eas bonæ ac
 ropæis mer-
 itibus luci
 flagitio, &
 andiu esse
 od edant:
 memem, re-
 le reformi-
 rnam posse
 lex posita
 tis est, ut
 r. Si quis
 letudinem,
 sulsus, quasi
 Primaria
 s, olla est,
 coquuntur.

Opes lebetum numero metiuntur:
 nec regem Galliæ aliam ob causam
 initio magni æstimabant; quàm quòd
 plures habere ollas dicebatur. Quanta
 sit apud exleges, & omni freno solutos,
 intemperantiæ impunitas & licentia,
 præsertim in adolescentibus, promptum
 est intelligere: nam grandiores natu
 libidinem certis finibus circumscri-
 bunt, cùm ætus cupiditatum deser-
 buit: nec impune est peccanti feminæ.

Religionis apud illos neque lex
 ulla, neque cura. Nullo statò & certo
 cultu Numen prosequuntur. Esse
 tamen aliquod, velut in sublustri nocte,
 vident. Quod quisque puer aspicit in
 fomnis, cum lucefcere ratio incipit,
 hoc illi deinceps numen est, canis,
 ursus, avis. Vivendi normam &

agendi plerumque ducunt è fomniis ut si quem interficiendum, exempli causa, somniaverint, non conquiescant donec hominem infidiis exceptum necaverint. Piget fabulas referre, quas de mundi opificio comminiscuntur. His implent otiosas & avidas plebis aures harioli, & circulatores nequissimi, impietate quæstuosa. Malorum auctorem genium nescio quem vocant Manitou, ac vehementissime perhorrescunt. Hostem procul dubio generis humani, qui à nonnullis divinos honores & sacrificia quædam extorquet. Circa naturam animarum non levius delirant. Simulacra fingunt corporea, cibi & potionis egentia. Destinatum animabus versus occidentem solem, pagum credunt, in quem obita morte se recipiant : & ubi epu-

lis, venationi, & choreis indulgeant. Hæc enim apud illos summa.

Cum primum de sempiternis ignibus, & incendiis sceleri destinatis audierunt, immane quantum obstupere: fidem tamen pertinaciter abrogabant, quòd dicerent ibi esse ignem non posse, ubi nihil ligni sit: tum, quænam silvæ alere tot ignes, tam diuturnos, possent? Hæc ratio ineptissima tantam vim apud barbaras mentes habebat, ut iis persuaderi veritas evangelica non posset. Quippe in homine carnali, ut ait è SS. PP. non nemo, tota ratio intelligendi est consuetudo cernendi. Expugnavit nihilominus pertinaciam sacerdos acer & ingeniosus. Fidenter affirmavit inferorum terram vices obire ligni, & ipsam ardere per sese. Rifu barbaræ

multitudinis exceptus est. Imo, inquit, hujus Avernalis terræ fructum proferam vobis, ut, quoniam verbis divinis non creditis, vestris ipsi oculis credatis. Accendit curiositatem promissi novitas & fiducia. Convenerunt è tota regione ad diem constitutum, & in ingenti planitie, collibus instar amphitheatri cincta, confederunt. Primores gentis duodecim lecti fuere, viri graves & cordati, qui sacerdotem observarent, numquid fraudis ac præstigiæ lateret. Ille sulphuris glebam depromit, dat istis arbitris & cognitoribus tractandam : hanc oculis, naso, manu scrutati, haud dubie terram esse confessi sunt. Aderat olla cum prunis candentibus. Tunc sacerdos populo procul spectante ; inhiantibus, demisso in prunas naso, iudicibus, ex-

cussit in carbones è sulphurea gleba
particulas aliquot, quæ subito conce-
perunt ignem & odore fetido nares
curiosas impleverunt. Hoc iterum,
ac tertio cum esset factum, assurrexit
multitudo attonita, manum planam
imponens ori, quo gestu summam
admirationem testantur ; & inferos
esse dicenti Deo credidit.



RE

A
Ang

Ani
Av
Avi

Bar

Can
Can



RERUM INSIGNIORUM INDICULUS.

A LCES <i>consideratio</i>	7
<i>virtus mira unguæ ejus</i>	8
<i>Angli barbaris gladios et gravidas nitrato pul- vere fistulas suppeditant</i>	27
<i>Animarum de natura delirant Canadenses</i>	20, 46
<i>Aves Novæ Franciæ</i>	14
<i>Avis prædatrix</i>	15
<i>Batavi barbaris arma vendunt</i>	27
<i>Canada fluvius</i>	5
<i>Canadensium domus</i>	16
<i>mulierum labores</i>	17
<i>morbi et ægrorum cura</i>	18
<i>funera</i>	20
<i>bella</i>	27
<i>arma</i>	28
<i>crudelitas in captivos</i>	29
<i>indoles</i>	33
<i>corporis cultus</i>	37
<i>cibi</i>	42
<i>convivia</i>	44

<i>Canadensium supellex</i>	44
<i>religio et superstitiones</i>	45
<i>Captivorum crudelis fors</i>	29
<i>Casæ Canadensium</i>	16
<i>cadavera perjanuam nunquam efferuntur</i>	20
<i>Casæ fibrorum</i>	10
<i>Causarus seu Piscis armatus</i>	12
<i>Clypei barbarorum</i>	28
<i>Coquendi ratio in cacabis è cortice confectis</i>	42
<i>Ebrietas ab Europæis discitur</i>	44
<i>Exequiarum ritus</i>	20
<i>Feminis imponitur quidquid laboris est</i>	17
<i>Fibri consideratio</i>	9
<i>Fluvii quid habent singulare</i>	6
<i>Franciæ Novæ descriptio, flumina</i>	5
<i>cælum</i>	6
<i>foli natura</i>	7
<i>feræ</i>	7
<i>Galliæ rex cur magni æstimabatur</i>	45
<i>Hurones diem Mortuorum celebrant</i>	25
<i>Infantium mira mortalitas</i>	17
<i>cur corpora propter viam sepeliunt</i>	21
<i>Infernales ignes esse probat sacerdos</i>	48

Iroq

Iroq

Keb

Ma

Ma

Mi

Mo

Mo

Mo

Mo

Mos

Nav

Neu

Nur

Pal

Pisc

Pat

Rel

Ret

S.

Sag

44	<i>Iroquæi bellum cum Montanis singulari certamine</i>		
45	<i>finiunt</i>	28	
29	<i>Iroquæorum lacus</i>	12	
16			
untur	20	<i>Kebecum, urbs primaria Novæ Franciæ</i>	6
10			
12	<i>Magna Bellua, quid</i>	7	
28	<i>Manitou, genius malorum</i>	46	
42	<i>Mississipus fluvius</i>	6	
	<i>Montani bellum singulari certamine finiunt</i>	28	
44	<i>Morborum fontes duo</i>	18	
20	<i>Mortuorum festa celebritas apud Hurones</i>	25	
	<i>Mos Canadensis mortuos suscitandi</i>	25	
17			
9	<i>Naviculae barbarorum</i>	6	
6	<i>Neutra Natio</i>	38	
5	<i>Numen nullo certo cultu prosequuntur</i>	44	
6			
7	<i>Palumbes absque numero</i>	14	
7	<i>Piscis armatus</i>	13	
	<i>Patres non pauci Societatis Jesu dire torquentur</i>	31	
45			
	<i>Religio Canadensium</i>	45	
25	<i>Reticula pedibus substrata ut super nives deambularent</i>	8	
17			
21	<i>S. Laurentii fluvius</i>	5, 6	
48	<i>Sagamita quid,</i>	42	

H

<i>Saltus seu catadupæ in fluviis</i>	6
<i>Sinus Sancti Laurentii</i>	14
<i>Somniorum vanitas</i>	46
<i>Sudando noxios humores ejiciunt</i>	19
<i>Tabacum, natio ejus nominis</i>	38
<i>Trophæus</i>	32
<i>Volucrum insula</i>	14

6

14

46

19

38

32

14

ALBANIAE EXCVDEBAT JOEL MUNSELLIUS

MENSE QVINTILIS ANNO

CIO. IOCCC. LXXI.

M DCCC

